

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9514

Auteur(s) : Mathilde l'Emperesse [autre]

Bénéficiaire(s) : Notre-Dame-de-Bondeville, Notre-Dame de Bondeville (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : douteux

Datation : [1149-1167]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Mathilde l'Emperesse donne à l'abbaye de Bondeville tout ce qu'elle possède à Belleville.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 52H15, Cartulaire de l'abbaye Notre-Dame de Bondeville, p. 43. Copie du XV^e siècle

Éditions principales

a. Cronne Henry Alfred, Johnson Charles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum 1066-1154*, vol. 3, Regesta Henrici primi 1100-1135, Oxford, Clarendon Press, 1956, n° 113, p. 41.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 215, p. 72.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Acte douteux. « M°. CC°. XL°. nono, mense Septembris » : sic pour 1149 ? Cependant l'année 1149 ne s'accorde pas des témoins (Amicus, trésorier de Rouen, vers 1184 - 1202/1217 ; Pierre Boic, chantre de Rouen, vers 1175 - vers 1184 ; Guy, archidiacre d'Évreux, 1170/1179 - 1175/1188, etc.). Mathilde l'Emperesse meurt en 1167.

Texte d'après B

M[atildis] imperatrix H[enrici] regis filia archiepiscopis, episcopis, abbatibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, fidelibus suis Normannie [salutem]. Sciatis me pro amore Dei et animabus patris mei Henrici regis Anglorum et matris mee Matildis regine dominique mei G[alfridi] ducis Normannie et comitis Andegavensis, dedisse et concessisse in puram et perpetuam elemosinam Deo et ecclesie Sancte Dei genitricis Marie de Bondevilla et monialibus Deo ibidem servientibus, totum dominium quod habui et habere poteram in parochia de Bellavilla videlicet in homagio relevagiis redditibus et omnibus aliis rebus que mihi et heredibus meis possunt inde evenire et accidere, scilicet de toto feodo quod Hugo de Bellavilla miles tenuit de me et antecessoribus meis feodaliter et hereditarie tenendum et possidendum predictae ecclesie et monialibus in puram et perpetuam elemosinam, bene et pacifice, libere et quiete absque ulla mei vel heredum meorum decetero reclamacione seu contradicione vel

impedimento. Et licebit decetero predictis monialibus et earum successoribus facere etiam voluntatem suam totam integre sicut de sua pura et propria elemosina. Et ego et mei heredes tenemur predictis monialibus et earum successoribus predictum dominium sicut superius est divisum contra omnes gentes garantizare et deffendere quotienscumque necesse fuerit ad sumptus suos si exinde, quod absit, aliqua moveatur consuetudo contra eas. Quod ut ratum et stabile futuris temporibus permaneat, hanc presentem cartam eisdem feci et tradidi sigilli mei munimine confirmatam. Actum anno domini M^o. CC^o(sic). XL^o. nono, mense Septembris assensu et voluntate mea. Testes sunt Amicus Rothomagensis ecclesie thesaurarius, Waleranus de Mellonto archidiaconus, Petrus cantor, Helias sacerdos, Robertus capellanus, magister Ricardus, Gydo Ebroicensis ecclesie archidiaconus, Willelmus de Riparia, Walterus de Castenerio, Walterus de Cornaco, Helias de Varnic, Ricardus de Cornovale, magister Taurinus, Radulfus filius Walteri, Girondi (sic) canonici et plures alii.